

TRACTATUS

DE MVNE-

RIBVS PATRIMO-

NIALIBVS, SEV COLLECTIS, *collect.*

noua ac incognita discussione in compen- *Latino de*

dium redactus, Authore AEGIDIO *cabulum est et*

THOMATO Iureconsulto *haec voce utitur*

Cuniense, Caesareo

auditore.

HVIC accessit D. IACOBI DE AVELLO *av. ubi*

Neapolitani Tractatus de Iure Adoha, Re *de f. ubi*

lenij atque subsidij, Iureconsultis tam *pety. ubi*

utilis quam necessarius, *ut tot. ubi*

Summariis ac copiosissimo Indice illustratus. *sub. ubi*

MATERIA RVM TOTIVS *Juris lib. 3. e.*

operis, sequens pagina indicat.



LVGDVNI,

Apud haeredes Iacobi Iunta,

M. D. LVIII.

7. n. i. f.
num. 44
cap. .
num. 37
v. Salm. ex dono Regum.

ILLVSTRISSIMO ATQVE

*optimo viro Francisco Taberna serenissimo Regie
maiestatis Supremo Cancellario,*

ÆGIDIVS THOMATVS

Jurisconsultus Cuniensis S.

INuitavit me, vel potius coëgit præsentium temporum infelix conditio, vt, postquam belli necessitas, dum publici reditus minimè sufficiunt, ab afflictis prouincijs grauissimas collectas, alias ex alijs superindictas exprimit. Hoc ego scribendi argumētum sumpserim, quò munerum materiam, quæ nusquam à doctoribus certo loco tradita, sed extraneis ferè semper argumentis inserta, non satis commodè, vbi vsus exigit, percipitur, in vnum corpus redigerem. Has igitur animi commentationes, cum tandem in lucem libertate concessa, tanquam manumissas emittere statuerim, non habui potiolem, cuius virtuti, atque authoritati earum patrocinium commēdarem, quàm te, vir Illustrissime. Qui causarum Patronus optimus, dum in foro regnabas, ac virtute tua defensor felicissimus habebaris: Nunc verò authoritate ista tua, tanquam certius Numen, ac præsidium eorum omnium, qui in fidem tuam confugiunt, esse soleas: Spero itaque ex hoc tanto dignitatis tuę splendore, atque immortalis tui nominis fama, huic nostro ex se quidem mortali fœtu, clarissimam lucem, ac æternam vitam apud posteros futuram. Viuam ergo securus omnis inuidiæ, atque obtrectationis immortalitati ascriptus, dum Magni Tabernæ, in quo vno omnibus Heroum numeris exornando, virtus, ac fortuna certarunt. Illustre nomen in ore omnium cum summo eius virtutum desiderio vigeat, dum præterea antiquissimæ familię Taber-



AE G I D I I T H O M A T I
I V R I S C O N S V L T I C V
N I E N S I S C A E S A R E I
A V D I T O R I S,

Ad Supremum Amplitudinis Regiæ Cancellarium Illustrissimum
ac excellentissimum D. Franciscum Tabernam,

*Tractatus de Muneribus patrimonialibus,
seu collectis.*

S V M M A E.

- 1 Munus patrimoniale habuit ortum à bello in patria Pedemontana.
- 2 Munera de iure divino ab omnibus sustineri debent, omni privilegio cessante: quod abundè probatur antiquorum & recentiorum exemplis.
- 3 Ratione munerum omnia prædia sunt tacitè hypothecata, non obstante quòd aliquis se & sua Deo dedicavit.
- 4 Non est alienandum prædium quoquomodo in præiudiciù publicum aut tertij: Et simul tempore necessitatis laici nimium gravati oneribus, meritò aduersus nobiles & eiusmodi reclamant.
- 5 Propter publicarum functionum pondus, aduersus potentiores iure inferiores conquerruntur.
- 6 Ratione iurisdictionis ex quasi contractu, munera publica patrimonij solvere compelluntur laici, ab exactoribus publicis.
- 7 Iurisdictione ubi primum in esse fuit deducta, necessitate reipublica eueniente, gubernatores cuiuslibet loci es alienum contraxerunt, in maximum patrimonij damnum.
- 8 Collecta, onus reale probatur, contra Iasonem. Et quòd vniuersitas urgente publica necessitate, potest indicere munera, sine iussu Principis, secus minimè.
- 9 Iurisdictione, subditi præstare subsidium, necessitate suadente, sunt cogendi. Et differentia inter munus ordinariù & extraordinariù.
- 10 Munere extraordinario per Magistratum collationes, vt publica officia expediantur, faciendæ sunt. Naturale enim est humiliorem à

ad hoc qui
v. 7. n. 52

de laboribus qui
v. 7. n. 70.

593

TRACTATUS DE

IVRE ADOHAE, RELEVII ATQVE
 subsidij, D. Jacobi de Ayello, Neapo. Camerae regiae Praesiden-
 tis, videlicet an & quando, & in quibus causis adoha vel collecta
 in regno Siciliae imponi possit, & subsidia qualiter petenda. In
 quo plures quaestiones, tam utiles quam necessariae enodantur,
 Opus sane omnibus utile & maxime expetendum.

SUMMAR.

- | | |
|---|---|
| <p>1 Rex Sicilia non potest imponere novam collectam populis in suo Regno.</p> <p>2 Rex ad hoc habet tributa regni, ut Regnum defendat, protegat, & iustitiam seruet, suis sumptibus & expensis.</p> <p>3 Rex de suo debet resarcire damna passis, & purgare provinciam malis hominibus.</p> <p>4 Rex de suo tenetur constituere salarium capitaneis terrarum.</p> <p>5 Capitanei civitatum, & terrarum, demanialium hodie habent salarium ab ipsis civitatibus & terris, quia rex concessit eis paxas, & proventus.</p> <p>6 Capitanei in terris Baronum habent salarium a Baronibus: quia rex concessit ipsis Baronibus paxas, & proventus vassalorum.</p> <p>7 Rex Siciliae in quibus casibus possit imponere collectam in Regno.</p> <p>8 Collecta generalis potest imponi in regno Siciliae in causa necessitatis, pro defensione Regni.</p> <p>9 Invasio Regni, ad hoc ut imponi possit collecta; qualis debeat esse.</p> <p>10 Collecta potest imponi in Regno</p> | <p>pro redimenda persona regis.</p> <p>11 Collecta potest imponi in Regno pro militia fratris, vel consanguines domini regis.</p> <p>12 Collecta potest imponi in Regno pro maritanda sorore, vel filia, vel nepte domini Regis.</p> <p>13 Collecta imponenda pro dictis casibus pro quota quantitate, & portione sit imponenda.</p> <p>14 Collecta non potest saepius in vno anno imponi, etiam quod plures casus necessitatis occurrerint.</p> <p>15 Barones extra regnum non tenentur servire personaliter, nec adhoam prestare coguntur.</p> <p>16 Barones intra regnum tenentur tempore guerra prestare adoha.</p> <p>17 Feudum cum datur pro certo annuo reddito, feudatarius non tenetur ad aliud servitium, nisi ad dictum redditum.</p> <p>18 Regnum Siciliae fuit concessum regi Siciliae sub annuo canone ducatorum 48000. ab ecclesia Romana.</p> <p>19 Servitium feudi potest in totum, vel in parte remitti, vel diminui.</p> <p>20 Feudum potest ex toto principio concedi francum, & sine onere.</p> <p>21 Rex si habet guerram extra Re-</p> |
|---|---|